

dictus, dominus Landulfus de Neapoli, dominum x. p. 114. *dm dm*  
Guillelmum de Pergamo, cancellarium dñi regis, *guillelmum*  
dominum Iohannem Monachi et alios. Hic, recepto *dm*  
decreto, ad instantiam regis et suorum papatum re-  
cepit et Aquilam venit; cardinales quoque ad se ve-  
nire iussit. Dominus autem Benedictus suus cancellarius  
quasi dominus curie factus est. // Sicut autem hic pontifex  
sanctus esset nec propter diuinitatem suam innocencie de-  
seruet, decipiebatur tamen per officiales in gratia faciendo; ea-  
rum notitiam habere non prevalens, tum propter impotentiam  
decepit etatis tum propter inexperientiam regimini. Inde  
inveniebantur aliquando gratia facta ter vel quater, man-  
data etiam vacua vel bullata. // Non igitur percipientes aliqui  
de collegio, querelari ceperunt ecclesiam fluctuare, intiman-  
tes pontifici, ut anime periculo caveat. // Kardus interim  
ordinat, ut curiam Neapolim transferat, et facta sollemniter  
processione, rogatus pro parte regis et populi, ut non cedat, et  
ille arripuit, nisi aliud apparet. Sacerdotes itaque replicant  
aliqui cardinalium, ostendentes sub pallio sanctitatis anime  
imminere periculum, quia ex sua simplicitate multa ve-  
niant enormia. Quibus tandem vir sanctus consentit.  
Et primo constitutionem facit de suorum fratrum consilio  
et assensu, quod papa in certis casibus regnare possit.  
Quam constitutionem Bonifatius posuit in VI. de renuntiatio-  
tione, c. I.

*CCXLVIII.*  
capitulum de pontificatu Bonifatii octavi.  
et vbi de contemptu.

Bonifatius de Anania vocatus prius Benedictus Gazetani  
cardinalis, ~~hic~~ postea sedet. // Hic longam experientiam  
habuit curie, quia prius advocatus ibidem, inde postea factus  
notarius pape, postea cardinalis. Et inde in cardinalatu  
expeditior ad causas collegii declarandos et ad extempus re-  
spondendum, nec habuit in hiis parem. Ipse vero <sup>(ex hoc)</sup> factus  
est fastuosus et arrogans ac omnium contemptivus.  
Inde ascendens ad pontificalem dignitatem, revocavit in  
vigilia natiuitatis domini revocavit omnes gratias factas  
per Nicolaum quartum et Celestinum quintum ~~factas~~ //  
Volentem quoque Celestinum ad heremum redire atque  
abemittere et fugientem de curia per veredarios seu mercatores  
detinet et in custodia ponit ad cautelam prevenerit scian-  
tali, quia dubium aliqui morabantur, an redire potuisset. //  
MCCLXXXV.  
~~1294~~ de Neapoli Romanam curiam transferre et dictum